

210 'carmina qui lusi pastorum audaxque iuventa,
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi'.

bucolica autem et dici et recte, vel hoc indicio probasse suffecerat, quod eodem nomine apud Theocritum censeantur; verum ratio quoque monstranda est. tria genera pastorum sunt, quae dignitatem in bucolicis habent, quorum
215 minimi sunt qui αἰπόλοι dicuntur a Graecis, a nobis caprarii; paulo honoratiores qui μηλονόμοι ποιμένες id est opiliones dicuntur; honoratissimi et maximi, qui βούκοι, quos bubulcos dicimus. unde igitur magis decuit pastoralis carmini nomen imponi nisi ab eo gradu, qui fere apud pastores excellantissimus invenitur? 'causa' dupliciter inspicitur, ab
220 origine carminis et a voluntate scribentis. originem autem bucolici carminis alii ob aliam causam ferunt. sunt enim qui a Lacedaemoniis pastoribus Dianae primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deae per bellum, quod toti
225 Graeciae illo tempore Persae inferebant, exhiberi per virgines de more non posset. alii ab Oreste circa Siciliam

211 bucolica Virgilii est titulus. bucolica etiam apud Theocritum nominantur. sunt enim tria genera pastoralia, quae dignitatem in bucolicis habent. minimi sunt caprarii, honoratiores opiliones, bubulci maximi, a quo gradu digniori nomen datur pastoralis carmini.

220 causa dupliciter inspicitur, ab origine carminis et a voluntate scribentis.

221 'originem' bucolici carminis alii ob aliam causam dicunt. alii dicunt primum hoc carmen redditum Diane a Lacedaemoniis pastoribus, cum ei deae virgines de more non possent hynnos (*K*, innos *C*) pro (per sive pro *C*?) bello reddere.

226 alii ab Oreste tempestate delato circa Siciliam